



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 85. Duorum Papalium Theologorum dubia decreta mox promulganda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI. „is aliquo tempore per tres immerfio-  
 A.C. 1562. „nes celebraretur, unicam etiam ad-  
 „mifit: fimiliter immerfio, verfio, &  
 „effufio fuum ritum mutarunt.,, Con-  
 tendebat tamen Aliphanus Antiftes,  
 quod Baptismi ritus nunquam fuerit  
 immutatus: verum fuam proppofitionem  
 comprobare haud poterat.

## §. LXXXV.

*Duorum Papalium Theologorum du-  
 bia circa decreta mox pro-  
 mulganda*

*Pallav. n. 9.* Comppofita difceptatione circa fepti-  
 Capitis Sancti Joannis interpreta-  
 tionem Legati fperabant, omnem deni-  
 que litem diremptum iri, nullumque  
 amplius obicem biduo poft celebrandæ  
 Seflioni obftitutum, dummodo claufu-  
 lam nuper relatam decreto inferri per-  
 mitterent: at die decima quarta Julii  
 vefpere ante folis occafum Alphofus  
 Salmeron Jefuita, & Francifcus Tor-  
 res, ambo Theologi ad Synodum a  
 Papa miffi, a Cæfareis, qui Seflionem,  
 aut impedire, aut faltem inutilem red-  
 dere nitebantur, ad id, ut fertur, im-  
 pulfi Hofium Legatum adibant expo-  
 nentes, quod diflimulare non poffint,  
 quin proponerent, videri fibi in decre-  
 tis proxime promulgandis quædam tanto  
 Con-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Concilio minime digna contineri, ac proin ea prius esse corrigenda. Porro Hofius ea re Sociis suis mox significata, ab eis impetravit, ut duo illi Theologi audirentur coram quibusdam doctis Viris. Seligebantur hanc in rem Joannes Jacobus Barba Neapolitanus Interamnæ in Umbria Episcopus, Theologus a Paulo III. ad Concilium missus, Ægidius Fuscararius Mutinensis Episcopus, Corciomerus Almeriæ in Hispania Antistes, & Hieronymus Trevifanus Veronensis Episcopus, quibus etiam adjungebatur Petrus Soto Dominicanus, ut tunc, si hæ utriusque Theologi observationes majoris momenti censerentur, in Congregatione proponi possent: porro eorum dubia ad quatuor redigebantur capita.

I. „In commemorando mandato, „quod Christus in cœna tradidit, „bibe ex eo omnes, minime declaratur, „quam ob causam inde non eruatür universalis necessitas pro fidelibus utramque speciem accipiendi: hujus rei vero „causam, quemadmodum Salmeron „multis probationibus in suo priori sermone nuper relato stabilire aggrediebatur, sequentem esse ajebant, „eoquod mandatum illud non ad omnes fideles referatur, sed solum „ad omnes Apostolos, & in ipsis ad „omnes

Sæcul. XVI

A C 1562

omnes Sacerdotes; ad quod proban-  
 dum multum roboris collocabant in  
 argumento deducto ex verbis, quæ  
 sequuntur: *quotiescunque bibetis, facite  
 in meam commemorationem*: propterea  
 eoquod id facere duntaxat proprium  
 sit Sacerdotum, atque absque hac di-  
 stinctione inferri non possit ex hoc tex-  
 ta, quod communio sub utraque spe-  
 cie cunctis fidelibus necessaria non sit,  
 prout tamen decretum insinuare  
 videtur.

II. Minus Synodi honori, ac digni-  
 tati consultum foret, si quoddam du-  
 bium relinqueret circa explicationem  
 Capitis sexti S. Joannis, nec pro certo  
 affirmaret, quod Christus in eo sermone  
 de vera Sacramenti susceptione, nec  
 non de manducatione Sacramentali fue-  
 rit locutus, cum non habeatur in Evan-  
 gelio validius testimonium ad ostenden-  
 dam obligationem, quam Redemptor  
 ad hoc Sacramentum usurpandum in-  
 junxit.

III. Duobus testimoniis in secundo  
 decreti capite productis vis non inest  
 ad comprobendam in Ecclesia perpe-  
 tuam potestatem, in sacramentis salva  
 illorum substantia, *ea stabiliendi, va-  
 riandi, seu mutandi quæ suscipientium  
 utilitati, vel ipsorum Sacramentorum  
 venerationi pro rerum, temporum, &  
 loco-*

locorum varietate magis expedire judicaret, Sæcul. XVI.  
A. C. 1562.  
 quorum testimoniorum primum desumptum est ex epistola prima ad Corinthios capite quarto, ubi D. Paulus inquit: *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei:* alterum ad hoc ipsum exequendum in undecimo ejusdem epistolæ capite legitur, ubi quibusdam ad hujusce Sacramenti usum præscriptis subdit Paulus: *cetera cum venero, disponam: verum* hi textus non probant hanc Ecclesiæ potestatem, eoquod quartum caput epistolæ ad Corinthios non loquatur de Sacramento: ea autem, quæ Divus Paulus in capite undecimo se dispositurum dicit, duntaxat externam disciplinam concernunt: quinimo etiamsi in utroque textu de Sacramentis Apostolus fuisset locutus, *dispensatori* tamen non competeret potestas mutandi, sed mere exequendi.

IV. Idonea non est probatio, quæ adducitur in quarto decreti capite, ubi dicitur, quod infantes non egeant Eucharistiæ sumptione, & quidem ea ex ratione, quia gratiam per baptismum jam adepti, illam amittere nequeunt ea ætate: nam licet nequeant infantes tunc gratiam amittere, possunt tamen eam augere, & ab hujusmodi incremento illi minime arcendi videntur per hoc, quod Eucharistiæ participatione  
 priver-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562. priventur: quapropter hi Theologi pe-  
tebant, ut alia ratio, quæ illius inter-  
dicti æquitatem ostenderet, adducere-  
tur, qualis foret hæc, eoquod infan-  
tes nequeant panem Eucharisticum a  
communi pane discernere, adeoque se-  
ipsum probare non possint ad illum digne  
comedendum, sicut tamen Apostolus  
præcipit: non ergo eis Eucharistiam  
ministrare oportet, eoquod eam hoc  
modo discernere non valeant.

§. LXXXVI.

*Responsum ad utriusque Theologi Pon-  
tificii dubia.*

Porro Legati perceptis hisce quatuor  
utriusque Legati Pontificii rationi-  
bus ex quatuor illis Episcopis ad id de-  
signatis, nequon ex Petro Soto, quid  
demum sentirent, sciscitabantur: porro  
hi re inter se maturius perpensa, cuncta  
decreti capita fuisse rite confecta, neque  
emendatione indiga affirmabant, ex-  
cepto tertio capite, in quo forte quic-  
quam corrigi posset: itaque ad primam  
Salmeronis difficultatem responsum est,  
quod ægre admodum definiri possit, ea  
verba in ultima Cœna fuisse directa a  
Christo solum ad Apostolos, & in ipsis  
ad solos Sacerdotes, cum tam multi  
Doctores, inter quos S. Thomas nume-  
ratur, existerent, qui hæc verba ad alios  
exten-

*Pallav. l. 17.  
c. II. n. II.  
& seq.*